UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De cathedra sancti Petri apostoli antiochie facta. Cap[itulum]. xl.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De cathedra ſancti Petri apoſtoli antiochie facta. Cap̄.xl.

Athedra ſancti petri apoſtoli ab eccleſia feſtiue celebrat̄: quia tūc beatus petr⁹ apud antiochiā in cathedrali honore ſublimatus fuiſſe perhibetur. Huius aūt ſolennitatis inſtitutio: triplicem cauſam videt̄ habere: ſcȝ ꝑpter hyſtoriam: ꝑpter figurā: ⁊ ꝑpter prauā cōſuetudinē abolendā. Prima cauſa eſt ꝑpter hyſtoriā. Cū em̄ beatus petrus antiochie p̄dicaret theophilus p̄nceps illius ciuitatis: eo ꝙ ppl'm ſeduceret: apoſtolū fecit in carcerē vinculari ⁊ fame diebus pluribꝰ affligi. Qui iā pene deficiēs xp̄m ne ſe deſerat deprecaret̄: ⁊ ab eodē celica voce confortat̄. Audiēs paulus de carceratione petri ad theophilū iuit: ⁊ ſe multarū artium ſummū opificem eſſe dixit: ꝑpter quod a principe rogatꝰ in eius curia manſit: ⁊ poſt dies tres ad petrum in carcerē latēter intrauit: ⁊ vidēs euȝ pene cōſumptū amariſſime plorās eū vocauit: ⁊ in eius ruēs amplexus ip̄m cibo refocillauit: ⁊ multis cōfortatū ſermonibus dimiſit. Deinde paulus caute repro tpe theophilo ſuggerebat: ꝙ eius gloriā petri vinculatione dehoneſtauerat: qui medicus ⁊ paup nil mali ꝑpetrauerat: ſibiq̧ in multis ꝓdeſſe poterat. Et cū theophilus paulū interrogaret: in quo ſibi petrus prodeſſe poſſet. Paulus tanq̄ ſe alienū fingēs: dixit ꝙ audiuerat petrū oēs egros ſanaſſe ⁊ mortuos ſuſcitaſſe. Cum hec theophilus vti deliramēta deſpiceret: ad hoc tandē deuenit: vt ſi petrus filiū ſuū: licȝ annos ante defunctū ſuſcitaret: ip̄e eū in pace dimitteret: ⁊ fidē cū oī pplo ſuo ſuſcipet. Ingreſſus ergo paulus ad petrū eidē narrauit: q̄liter theophilo filiū ſuſcitāduȝ ꝓmiſit. Eductꝰ ergo petrꝰ de carcere ad ſepulchrū acceſſit: et cū orōnē fudiſſet ꝯtinuo iuuenis reſurrexit. Tūc theophilus cū vniuerſo populo credidit: ⁊ gl'ioſam eccl'iam ad nutū apl'i fabricauit. In cuiꝰ medio ppl'i cathedrā locauerūt: ⁊ in ip̄a petrū exaltauerūt: in q̄ ſedit annis.vij. Deinde romā veniēs in cathedra romana p̄fuit ānis.xxv. Cū aūt petrus ex antiochia ad tp̄s diſceſſiſſet: ſimō magus illuc acceſſit: ⁊ predicās figmēta mlt'a atq̧ ſigna fallacia oſtēdens ppl'm oēm a fidei veritate ꝑuertit: ⁊ ꝯtra petrū ip̄m terribil'r cōcitauit. Petrꝰ vō rediēs ⁊ p̄dicta reperiēs: ſimoniſq̧ fallacias detegēs vexatos ab oī lāguore curauit: ⁊ opp̄ſſos a demonibus liberauit. Sicq̧ ppl'ȝ ad v̄itatē fidei reuocauit: ⁊ infra dies.vij. pluſq̄ decem milia hoīm baptizauit. Tūcq̧ ppl's nudis pedibꝰ ad petrū acceſſit: agēs penitentiā ꝙ ſimoni mago conſenſit: ⁊ ip̄m vna cū p̄ncipe theophilo iterū in cathedra ſublimauit. Ideo eccl'ia de ipſius p̄ma cathedratiōe feſtū agit: q̄uis ſcōa qua rome ſedit p̄ncipalior fuerit: vt dictū eſt ſupra in alia cathedra petri.xv.kal'.feb̄r. ¶ Scōa rō eſt ꝑpter figurā. Nā petrus in triplici eccl'ia exaltatus fuit: ſcȝ in eccl'ia militantiū: malignātiū: ⁊ triūphātiū: ⁊ hoc ſm̄ triplicē feſtiuitatē quā de ipſo eccl'ia celebrat. Eſt em̄ exaltatus in eccleſia militantiū ei preſidēdo: ⁊ eam in fide laudabiliter regēdo. Et hoc q̄tū ad p̄ſentē ſolēnitatē que dr̄ cathedra: q2 tūc ſup eccleſiā antiochenā pontificatū accepit: ⁊ eā ſeptēnio gubernauit. ¶ Eſt etiā exaltatꝰ in eccl'ia malignātiū ipſam diſſipando ⁊ ad dn̄m cōuertendo. Et hoc q̄tū ad ſcdam feſtiuitatē que dr̄ ad vincula: tūc em̄ malignantiū iudeoꝝ eccleſiam diſſipauit: ⁊ multos cōuertit. ¶ Extitit inſup exaltatus in eccleſia triūphātiū in ipſam ſcȝ feliciter introeūdo ⁊ xp̄o dn̄o conregnādo. Et hoc quātū ad tertiā feſtiuitatē q̄ eſt paſſionis ipſius: q2 tunc in eccl'ia triūphantiū introiuit. Celebrat̄ autē ⁊ feſtū eius ter in anno: ꝑpter p̄uilegiū: ꝑpter officiū: ⁊ beneficiū. ¶ Propter priuilegiuȝ qd̄ habuit triplex. Fuit em̄ pre ceteris dignior auctoritate: q2 claues regni celoꝝ accepit. Fuit ⁊ feruētior in amore: q2 cū maiori feruore xp̄m dilexit ꝙ alij apoſtoli. Fuit etiā efficacior in virtute: quia ad vmbrā petri ſanabantur infirmi: ideoq̧ feſtū eiꝰ ter ī anno celebrat̄. ¶ Propter officiū: q2 officiū p̄lationis habuit ſup vniuerſam eccleſiā, que diffuſa eſt in aſia: aphrica: ⁊ europa: ideo eccl'ia ter in anno celebrat feſtū eiꝰ. ¶ Propter beneficiū: quia abſoluit nos a tribꝰ generibus peccatoꝝ: ſcȝ cogitationis: locutionis: ⁊ operationis: vel ꝙ homo facit in deuȝ: in proximū: ⁊ in ſeip̄m. ¶ Tertia cauſa huius feſti eſt ꝑpter prauā conſuetudinē tollendā. Cōſuetudo em̄ fuit gentilibus: vt ait Joh. beleth ſingulis ānis circa dies iſtos epulas offerre ſuper tumulos parentū ſuoꝝ: q̄s nocte demones conſumebāt. Ipſi aūt eas ab animabꝰ circa ſepulchra errātibus quas vmbras vocabāt eas: putabāt abſumi. Que cōſuetudo epularū cum a xp̄ianis extirpari nō poſſet: ſtatuerūt ſcti patres feſtū cathedre ſancti petri: tuȝ de illa que fuit rome: tum de illa q̄ fuit antiochie: vt eo die quo talia per paganos fiebāt in reuerentia demonum: eodē die chriſtiani charitatiue epularētur in ſubſidiū pauperū: et honore principis apoſtoloꝝ. Ideoq̧ tali die in aliquibꝰ locis celebrantur cōuiuia: ⁊ vocat̄ feſtū epularū ſancti petri: ſcȝ.viij.kalen. martij. Hec Joh. beleth. ¶ Poſt cathedrationē autē ſuam beatus apoſtolus ſcripſit duas epiſtolas que canonice nominātur: quarum ſecūda ꝑpter ſtilli diſſonantiam a pleriſq̧ non illius fuiſſe narratur: marci euangelium dictaſſe dicitur. Hec hieronymus de viris illuſtribus.